



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio quinta. Vtrum in ecclesia sit aliqua potestas maior sacerdotali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

12 AD argumentum alterius partis dicendum q̄ non solum sacramentum non est reiterabile, quia imprimis aliquam potestatem existentem subiectum in suscipiente sacramentum, sed quia per ipsum deputatur quis ad actum sacrificii, sicut benedictio calicis non iteratur quia per eam deputatur calix ad actus sacros, quanquam nihil sit subiectum in calice per benedictiones, & similiter potest esse in ordinibus quæ tamen deputatio largè dicitur character, &c.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum corona sit ordo.

D Einde queritur de his quæ sunt ordinibus annexa, quæ sunt corona & episcopatus. Et primo queritur de corona, vtrum sit ordo. Arguitur q̄ si quia illud per quod aliquis ponitur in gradu super communem populi est ordo, sed per coronam ponitur homo in gradu super laicos, ergo est ordo.

2 IN contrarium est, quia secundum ritum Ecclesie nullus ordo datur sine celebratione missæ, sed corona datur præter missam, & omni die, ergo non est ordo.

3 R E S P O N S O . Dicenda sunt tria. Primum est q̄ corona non est ordo. Secundum est, q̄ est dispositio congrua ad ordines. Tertium est, quod non est dispositio necessaria praesupposita ab ordinibus.

4 PRIMUM pater sic: Per omnem ordinem confertur ordinatus potest vel deputatio ad aliquem actum sacram, ut patet ex precedentibus, sed per coronam nihil horum confertur: ex hoc enim solo quod aliquis tonsuratur, nul li actus vel officio deputatur, ergo non est ordo.

5 Secundum sic patet: In omni transitu de statu ad statum convenienter interponitur aliqua media dispositio sicut nouiciatus est dispositio media inter statum secularem & religiosum, igitur inter statum laicorum & ministrorum Ecclesie convenienter ponitur media dispositio: haec autem est tonsura clericalis per quam illi qui tonsurantur separantur à statu laicorum, & preparantur ad statum ministrorum, quare &c. Et quia separantur à statu laicorum, ideo deponunt capillos & tenduntur in signum depositionis superflua cura, quia vero preparantur ad ministerium Dei, cui seruire regnare est, ideo raduntur in modum corona, quae est signum regale religiosum verò non clericorum tenduntur quidem, quia à statu secularem separantur, sed non in modum corona, quia non applicantur ad ministerium diuinum.

6 Tertium patet sic: essentialius se habet ordo prior ad sequentem, quam tonsura ad aliquem ordinem, sed ad sequentem ordinem non præexistit ex necessitate prior ordo, vt patuit prius quest. preced. ergo nec ad recipientem quemcumque ordinem præexistit ex necessitate tonsura, sed tantum de congruitate.

7 Ad arg. in opposito dicendum q̄ illud per quod aliquis ponitur in gradu super communem statum absq̄ potestate seu deputatione ad diuinum officium potest esse ordo viuendi, sicut est ordo monachorum vel quorundam religiosorum, & sic tonsura possedit ordo clericalis, quia aliter debent vivere clerici & laici, & statum priuilegiatum habent. Sed non est ordo ministrorum ecclesiasticorum, ex quo non est ibi deputatio aliqua ad aliquod sacram ministerium, de quo ordine intendimus ad praes.

QVÆSTIO QVINTA.

Vtrum in Ecclesia sit aliqua potestas maior sacerdotali.

P Ostea queritur de episcopatu, & primo vtrum in ecclesia sit aliqua potestas maior sacerdotali. Et videtur quod non: quia potestes distinguuntur secundum actus, sed actu sacerdotali qui est consecrare corpus Christi nullus est actus maior, ergo nec aliqua potestas est maior sacerdotali.

2 Item sacerdos in offerendo gerit figuram Christi, qui seipsum obtulit, sed nullus est maior Christo qui est caput ecclesie, ergo nec sacerdore.

3 IN CONTRARIUM est Dion. qui episcopum collocat super sacerdotem, sicut sacerdotem super diaconum seu ministrum.

Sancto Porciano

4 R E S P O N S O . Distinguendum est primo de potestate: quia quedam est iurisdictionis & quedam concretationis. Potestas iurisdictionis est ad regendum populum. Potestas autem concretationis est ad consecrationem & administrationem sacramentorum, & hanc duarum potestatis si quilibet præcise compararetur & conferretur una alteri, dignior est secunda q̄ prima: ordinatur enim, ad 2. ad hoc enim est potestas iurisdictionis, vt populus sic arcetur à malis, & exercetur in bonis quo dignus sit participare diuinis sacramentis: cū ergo querimus utrum sit aliqua potestas maior sacerdotali, non intendimus comparare dictas duas potestates ad inveniendem que earum sit major, sed intendimus comparare potestes iurisdictionis inter se, & coeerationis inter se & habentes eas, quareando scilicet utrum aliquis sit maior sacerdote quoad potestam iurisdictionis, vel quoad potestatē concretationis.

5 Et procedit sic: quia primo ostendetur q̄ in ecclesia sunt multi maiores simplici sacerdotio quoad potestatē iurisdictionis, & secundo inquiretur an coniunctim sit de potestis concretationis. Primum patet sic: quia potestas quæ tota data est vni in suo fonte non est in aliis, nisi deriuata & limitata pro illius voluntate: sed potestas iurisdictionis q̄ est ad regendum populum tota & in suo fonte data fuit soli Petro & successoribus eius quando cura ecclesie ipsi fuit commissa, dicitur Domino Ioh. v.1. Pater nos meas, hoc enim nullus aliorum Apostolorum dictum est, nec tunc, nec ante, nec post, ergo talen potestatē plenam & perfectam habet solus successor Petri qui ob hoc Papa dicitur, quasi pater patrum. In aliis autem non est nisi deriuata & limitata prout Papæ placet, inter quos gradum infinitum tenent simplices sacerdotess quibus de iure (cuius Papa est conditor) aut nulla iurisdictione competit aut minima, vt excommunicare pro futris notoris, & huiusmodi in locis vbi hoc de confusione obtinet. Supradicta autem simplices sacerdotess sunt episcopi, qui habent iurisdictionem ordinariam super tota diuinam. Super hos autem sunt archiepiscopi qui non soli habent iurisdictionem in sua dioecesi, sed super tota provinciā in quibusdam casibus, super omnes denuo Papa collocatur, penes quem residet plenitudo & primitas huius potestatis, & hoc est rationabile: quia optimus regimen viri multitudinis est quando regitur per unum supremum a quo descendit auctoritas regedi in medios & vsq; ad infimos, & propter hoc optimus est optima politia secundum Phil. 1. Politic. sed regimen ecclesie optimè est à Christo institutum, ergo in tota ecclesia debet esse virus universalis rexctor a quo descendunt autoritas regendi in medios usq; ad rectores infimos, & hic est Papa, & propter hoc stat vnitatis ecclesie, q̄ omnia membrana sunt vno capite: quia de causa illi qui hanc potestatem negant schismatichi dicuntur quasi vnitatis ecclesie divisores, & si primus patet, scilicet quod multi sunt maiores simplici sacerdotio quoad potestatē iurisdictionis.

6 De potestate autem concretationis vel ordinis est magnum dubium. Hieron. enim videtur confessus q̄ summa potestas concretationis sive ordinis erat potestas sacerdotalis, ita q̄ omnis sacerdos quatum est de potestate sacerdotali potest omnia sacramenta ministrare, confirmationem, omnes ordines, oīs benedictiones, & omnes concretationes facere: sed propter periculum schismatis fuit ordinatus, ut sacerdotess vnu ex seipso eligerent qui dicetur episcopus, quasi super alios intendens, cui alijs obediunt, & cui referuntur est ordinis facere, & huiusmodi quæ non faciunt, nisi soli episcopi: episcopus ergo maior est sacerdore quantu ad potestatē iurisdictionis, sed non quoad potestatē ordinis vel coeerationis, sed sunt patres, quanvis ex ordinatione ecclesie aliqua sint referuntur episcopis & prohibita presbyteris.

7 Et quod ita sit probatur ex dictis Hieronymi multipliciter ostendendo quod scriptura eosdem vocat presbyteros quos episcopos & econversos, non distinguens inter eos vbi loquitur de his quæ sunt ordinis & concretationis. Apostolus enim scribens ad Philip. 1. cap. dicit, cum episcopis & diaconibus, per episcopos intelligens presbyteros, cum in vna ciuitate (vt in Philippis) plures episcopos esse non debeant. Rursus Act. 20. dicit idem: Attende

Vide
in episc.
Bull. de
episc. de
& coll.
dum ep.
P. O.
P. C.
renata
B. d. p.

Lib. IIII. Distinctio. XXIII.

dite vobis & vniuerso gregi in quo posuit vos Spiritus sanctus Episcopos, & loquebatur illis de sola ciuitate Ephesina. Expressius autem hoc parer ad Titum. i. vbi dicitur sic: Huus rei gratia reliqui te Creta, vt ea que defunt corrigas & constitutas presbyteros per ciuitates, sicut ego tibi disperdi, si quis sine crimine est, vnius uxoris vir, & statim subdit: oportet enim Episcopum sine crimine esse. Ecce qui prius dixit presbyterum nunc vocat Episcopum Et. i. ad Tim. 4. dicit: Noli negligere gratiam que in te est qua data est tibi per impositionem manuum presbyteri, id est Episcopi, & vocat se Paulus presbyterum cum esset Episcopus qui eum ordinaverat, & in eadem epistola, 3. cap. loquens de ordinatione Episcopi & Diaconi, Presbyteris retinet, & ostendit intelligens presbyteros quos episcopi pos in his que ad ordinationem pertinent.

8 Item videtur posse probari per rationem: quia nulla potestis ordinis vel consecrationis fuit in Apostolis, in quorum locum successerunt Episcopi nisi a Christo, sed Christus non ordinavit eos nisi ordinatione sacerdotali, vt probatur, ergo nec Apostoli prius, nec Episcopi modi habent potestatem ordinis, nisi sacerdotalem. Probario minoris, Christus enim solum videtur ordinasse Apostolos in cena quando tradens eis corpus & sanguinem suum dixit hoc facite in meam commemorationem. Et iterum post resurrectionem quando dixit: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. utrumque enim ordinatio est similes sacerdotis, quare &c. Sic ergo dicit Hieronymus & Episcopus & Presbyter olim fuerunt nomina synonyma & etiam administrationis, quia communis consilium sacerdotum regebant ecclesie, sed in remedium schismatis ne vnuferique, ad le trahens ecclesiam, rumperet eam, ordinatum est, vt unus pater esset, & quoad nomen, vt ille solus episcopus diceretur, & quoad administrationem aliquorum sacramentorum & sacramentalium, & sibi referarentur de confutacione & institutione ecclesie. Et hoc expresse vult Hieronymus, 33. dist. cap. legimus in Esa. & super epistolam ad Timum, & recitat, 90. dist. cap. olim presbyter, &c.

Confutato autem & instituto ecclesie potest dare iurisdictionem, sed non potest ordinis, aut consecrationis, quare &c. Qui ergo reputat hoc errorneum vel periculis in epistola ad sum imputet hoc Hieronymo ex cuius dicti in praetexto Bell. Narb. cap. legimus in Esa. sumptu sunt auctoritates prae dicta, vbi etiam ponit exemplum qd sic est de episcopo respexit & obsequiuu presbyterorū, sicut esset a archidiaco non respetu diaconorum, si diaconi eligerent unum ex lespis que archidiaconi vocarent. & in cap. olim, 33. dicit sic de verbo recitatu d. Olim idem erat presbyter qui & episcopus, & ante diaboli insinuatu studia vel schismata in regione fierent, & dicetur in populis ego sum Pauli, ergo Apol., ego sum Cephe, communis presbyterorū consilio ecclesia gubernabantur, posicuā autem vnuquisque eos quos baptizauerat fuos esse puriores & non Christi, in toto orbe decretu est, vt vnuus de presbyteris superponeretur & schismatum semina tollerentur (vt paulo post) sicut ergo presbyter scirent se ex ecclesiis conseruandis ei qui sibi propositus fuerit, esse subiectos, ita episcopi noverint se magis conseruandis quam dispensationis dominice veritate presbyteris esse maiores, & in communis ecclesia debere regere.

9 Alii dicunt qd potestas ordinis vel consecrationis est maior in episcopo qd in simplici sacerdotio non solum ex ordinatione ecclesie, sed ex natura ordinis & consecrationis secundum diuinam institutionem. Cuius ratio est, quia ea que sunt in noua lege figurata sunt per ea que fuerunt in veteri: modo ista est quod in veteri lege episcopus seu summus sacerdos ex diuina ordinatione consecrabatur speciali consecratione, & ad specialem auctum ultra simplices sacerdotes: nam vt habetur Leui. 8. caput solius summi sacerdotis qui habebat alios in suis officiis ordinare, & cui soli erat licetū in sancta sanctorū ingredi vngebatur oleo sacre unctionis, ergo similiter viderunt, qd ex diuina ordinatione sit, vt caput episcopi qui est summus sacerdos consecratur unctione chismatis ad speciali auctum qui ei soli competit, sicut est ministros ordinare, & huiusmodi que solis episcopis conuenient. Et hæc opinio est communior & securior, quia magis est cōcordis doctrina ecclesie que est maxima: autoritatis in his que

Quæstio VI.

363

perirrent ad articulos fidei & ad ecclesiastica sacramenta. 10 Nec obstant autoritates adducunt per Hiero. quia secundum nomine & rei veritatem omnis episcopus est presbyter & ecclæsio quantum ad nomen: omnis enim presbyter curam habens potest dici episcopus quasi aliis superintendens, quâuis amplius sit consecratio episcopi seu summus sacerdotis qd simplicis presbyteri, sed fortè in primitiva ecclesia non facebant tantam vim in differentiâ nominum, sicut modò, propter quod omnem habetem curam vocabat episcopum.

11 Dicunt etiam aliqui qd tunc omnibus qui præferebatur plebis, cōsiderabatur virag, potestas, vt plebes in principio haberent principem ecclæsiae, qui posset omnibus lacramenta ministrare, & ministros instituere, sed hoc non est verum: quia etiam temporibus Apostolorum fuit secundum eam distinctio inter episcopos & presbyteros, vt patet per Dion. 5. cap. ecclæsiae Hier. Magis autem mirandum est qd Hieron. per verba sua quia ponit in fine illius cap. olim, videtur aquare presbyteros episcopis non soli quoad consecrationem, sed etiam quantia ad regimen ecclesie quod pertinet ad potestatem iurisdictionis, cum illa potestas super totam ecclesiam data fuerit soli Petro, & ab eo deriuata in alios, vt dictum fuit in i. articulo, vnde Aug. in lib. de Hæresibus dicit, qd Arrius dicebat presbyterum ab episcopo nulla differetia debere differni, quod ipse reputat hereticum. Ratio etiam adducta ad confirmationem illius opinionis non valer. Primo quia Christus multa fecit que non sunt scripta in euangelio, & ideo non est bona consequentia, Christus non legitur hoc fecisse, ergo non fecit. Secundo, quia Christus habuit potestatem excellentiæ & potuit dare & etiam dedit effectu sacramentum sine sacramento, vnde in cena quando tradidit discipulis corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vieni, & dixit: hoc facite in meam commemorationem, si per haec verba dedit eis potestatem sacerdotalem hoc non fuit mediante sacramento sacerdotalis ordinationis, quia sacerdotibus in ordinatione sua sacramentali traditur in via sua materia non consecrata, Christus autem tradidit materiam cōsecratam & ad vnum tantu m dices, accipe & comedite &c. & non ad consecrandu. Verba etiam que dicitur in consecratione sacerdotali sunt alia à supradictis verbis Christi, vnde si tunc dedit eis potestatem sacerdotalem, hoc non fuit mediante sacramento ordinationis sacerdotalis, sed per modum potestatis excellentiæ: & simili modo tunc vel alias dedit eis potestate episcopalem per modum excellentiæ, quanous in euangelio non legatur.

12 Ad primam arg. dicendum est qd nullus actus non includens actum consecrandi est maior eo, sed consecrare & ordines facere est maius quam alterum solum. Cum igitur potestas episcopalis haec duo includat necessario (vt in sequenti quæst. apparet) manifestum est quod ipsa est maior potestate sacerdotali que includit solum alterum.

13 Ad secundum dicendum qd sicut sacerdos celebrando repræsentat Christum vt lespum obtulit, ita episcopus celebrando & ordines faciendo repræsentat eundem vt lespum obtulit, & vt ecclesiam fundavit, & ministros instituit: quod est maius quam primum, & sic perfectius repræsentat Christus per episcopum quam per sacerdotem, igitur &c.

Q Y A S T I O S E X T A.
Vtrum episcopatus sit ordo,

1 Secundo queritur de episcopatu, vtrum sit ordo. Et vñ detur qd non, quia vnu ordo non depèdet ex alio quantum ad necessitatem, vt dictum est prius, sed episcopatus dependet a sacerdotio de necessitate: nullus enim potest ordinari in episcopum nisi prius fuerit sacerdos, ergo episcopatus non est ordo.

2 Itē maiores ordines non conferuntur nisi in sabbatis: sed episcopatus cōfertur in dominicis, ergo non est ordo.

3 Item communiter non ponuntur nisi septem ordines, sed si episcopatus esset ordo tunc essent octo, quare &c.

4 IN CONTRARIUM est Dion. qui tractans de ordinibus specialiter nominat tres: scilicet episcopatum, sacerdotium, & diaconatum.

ZZ 3 5 Et